

Ultrà 300 homines mense octobris, novembris, decembris hoc morbo laborabant; sed ex aliis insuper, qui se aëri nebuloso admodùm exposuère.

Hyems fuit mitissima, sed prolabitur in tempus vernale plus subito, ut vix signum adhuc liquefientis ad parietes nivis appareat. Gradus frigoris in thermometro nostro, nunquàm ultrà 21 gradus frigoris, cùm tamen vehemens frigus apud nos 30 attingat; medioeris hyems 25.

*Floræ Suevicæ* altera jam sudat editio \*, distractis omnibus apud nos exemplaribus.

Accepi Gronovii \*\*, *Museum de Piscibus*, folio : parvus tamen liber cum paucis figuris. Prodiit præsentè anno, et optimè est conscriptus. Est hic filius Gronovii, botanici, authoris *Floris Virginicæ*.

Accepi tertium tomum de *Plantis vernantibus*, in quo varias pulchras observo species, nonnullas pulchrè illustratas.

---

\* *Editio* 2<sup>a</sup>, dans laquelle Linné indique les propriétés économiques et médicales des plantes indigènes.

\*\* GRONOVIVS (LAUR.-THÉODORE), mort en 1778. Il avait hérité du goût de son père pour l'histoire naturelle. Outre l'édition avec supplément de la *Bibliothèque Botanique* de Seguiet, il publia entr'autres ouvrages remarquables, le *Musæum Ichthyologicum sistens piscium indigenorum et quorundam exoticorum Musæi Laur.-Theod. Gronovii descriptiones et eicones*. Lugd. Bat., 1752-56, 2 vol., VII pl.